HIERONYMUS
12. Jh.
Seite 106r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26078
Copyright: Admont, Benediktinerstift

colube ad fenestras suas. Me me enim insule expecta
bunt et naues maris in principio ut adducant filios tuos
de longe argentum eorum et aurum eorum cum eis nomini domini
dei tui et sancto israel quia glificauit te. Ter. Qui sunt hi qui ut nu
bes uolant et sicut colube cum pullis ad me insule expec
tant et naues tarsis in primis ut adducant filios tuos
de longe et argentum suum, cum eis propter nomen domini sanctum et
quia sanctum israel glificauit te. Quia dominus ingressus est egyptum
super nubem leuem et nubibus pphetarum mandauit ne
pluerent super terram ibrem ad quos puenit uerbum domini. mi
rat ecclia de circumcisionis primum pplo congregata uola
re ad se gentium turbas toto orbe tiarum et assumptis alis
spe sci festinare. iuxta symmachum theodotione ad
fenestras suas. iuxta aquilam ad cataractas suas. ut ingre
diant ecclesiam. siue doctores cum discipulis. i. colubas
cum pullis suis uolare ad ecclam de insulis gentium
quia uaticinia pphetarum expectabant dnm. na
ues quoque tharsis. i. maris de quibus in uisione tyri plenius
diximus adducent filios ecclie in principio fidei au
rum argentumque portantes. corde enim creditur ad iusti
ciam. ore autem confessio fit ad salutem. de quo auro et argen
to in ter vii. psalmo scriptum est. penne columbe de ar
gentate posteriora dorsi eius in fulgore auri. et ter mo
primo. reges tharsis et insule munera afferent re
ges arabum et saba dona offerent. Que omnia dete
runt nomini domini dei et sancto israheli quia glificauit eum.
.ss. Et edificabunt filii peregrinorum muros tuos et reges eorum
ministrabunt tibi. In dignatione enim percussi te in recon
ciliatione mea miserti sum tui. aperient porte tue iu